Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



185 191

iustificatus apud deum: in manifestum est: quia iustus
ex fide uiuit Sequencia s. euangelii s. Lucam
Hi. t. Dixit d. i. d. s. Impossibile est ut non
ueniant scandala: ue autem illi per quem ueniunt
Vtilius est illi si lapis molaris imponatur ci
circa collum eius et proiciatur in mare: quam ut scan
dalizet unum de pusillis istis Attendite uobis
Si peccauerit frater tuus: increpa illum Et si pe
nitentiam egerit: dimitte illi Et si septies in
die peccauerit in te et septies in die conuer
tatus fuerit ad te dicens. pe nitet me: dimitte
illi Et dixerunt apostoli domino Ad auge nobis fidem
Dixit autem dominus Si habueritis fidem sicut gra
num sinapis: diceretis huic morui mora eradi
care et transplantare in mare: et obediret
uobis Quis autem uestrum habens seruum arantem
aut pascentem qui regresso de agro dicat illi statim
transi recumbe et non dicat ei para quod cenem
et praecinge te: et ministra mihi donec manducem
et bibam: et post hec tu manducabis et
bibes Numquid gratias habet seruo illi quia fecit
quae ei imperauerat Non puto Sic et uos cum fece
ritis omnia quae praecepta sunt uobis dicite Serui
inutiles sumus: quod debuimus facere fecimus
Factus est dominus protector meus Domica in Introit
et eduxit me in latitudinem salutem meam fecit quia
voluit me ps Diligam te domine uirtus mea dominus
firmamentum meum et refugium meum Oro Suscipe
nominis tui quesumus domine timorem pariter et
amorem fac nos here perpetuam quam nunquam
tua gubernatione deserimus: quos in soliditate